predicator.quia docebo verbo vel exẽplo vias tuas que
sunt mĩa et veritas/ et sic impii ad te ꝓuertentur:per me
salubriter edocti/de mia tua qua michi per veniã ꝑcitur
Et de veritate. id est iusticia tua qua peccatũ meum per
penitentiã punitur. Sed vt sic iniquos docere et im-
pios conuertere valeã. ibera me de sanguinibus.id est
de peccatis carnis et sanguinis/et que de eoꝝ corruptio
ne ꝓcedunt.libera me mꝫ. O deus/qui es deus salutis
mee.que longe est a carnis et sanguinis corruptione.Qr
caro et sangui⁹ regnũ dei non possidebunt.id est peccata
que ab eis ꝓueniũt.Alioquin nisi ab eis prius me libera
ueris michi peccatori imprꝛoperando dices.Quare tu e-
narras iustitias meas:Sed si liberatus fuero securus e
ro ab hoc imprꝛoperio.Et exultabit lingua mea/et exul-
tando narrabit iustitiã tuam.Et tunc, ñe labia mea
aperies.prius per peccata clausa.et os meũ.Non solum
cordis sed corporis, annũciabit laudem tuam, videlicet
qꝫ me creasti.qꝫ me creatũ et genitum per baptismũ rege
nerasti. qꝫ me regeneratum et in peccatis sepe relapsum
non reliquisti:sed penitentem ad te reuocasti et reuoca-
tum mundasti. Pro quibus beneficiis nõ vis tibi of-
ferri sacrificia pecudum: sed hostias laudum. Quo-
niam si voluisses sacrificiũ dedissem/ sicut fiebat in vete
ri lege.Sed iã in noua lege gratie: Utiqꝫ holocaustis nõ
delectaberis.Quoniam illa solum erantvmbra et figura
legis noue:Ideoqꝫ cessauerunt adueniẽte veritate, quod
in spiritu prophetie sanctus Dauid ꝓuiderat/qui hoc di
cebat, uid ergo tibi offerendũ? Certe non sacrificium
pecoris:sed pectoris/scilicet spiritus ꝓtribulati et cõtri-
ti ac humiliati cordis.Quia. Sacrificium deo spiritus
contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non

despicies. Cor ꝓtritũ penitendo: non obstinatũ peccando et humiliatũ confitendo: non elatũ excusando. Tu deus qui cordis secreta cõspicis/nunq̃ despicis: sed vtiq; in eo tanq̃ in spirituali sacrificio delectaris. Sed quia hoc acceptabile deo sacrificiũ non in moysi synagoga: sed in christi ecclesia est maxime offerendũ. Ideo de ea intelligẽ dum est quod sequitur. enigne fac dñe in bona voluntate tua syon: Hoc est affectum bone voluntatis. i. mie tue ostende per effectũ pie benignitatis. i. miseratiõis tue hoc inq̃ fac syon. i. militanti ecclesie per syon spiritualiter intellecte. vt ex eius viuis lapidibus. s. christi fidelib9 Edificẽtur muri ihrlm̃: non terrene sed celestis. i. ecclesie triũphantis. Orat ergo cor contritum et humile non solum ꝑ sua sed ꝑ totius ecclesie salute: vt omẽs eius fideles finaliter edificentur/et fiant muri in ipsa ihrlm̃ celesti firmiter ꝑmansuri. Cum autẽ hoc factum fuerit quod non nũc in presenti seculo: sed in futuro erit. unc acceptabis sacrificiũ iustitie. Tunc post p̃sentis seculi ꝓsũmationẽ/post finalis iudicii conclusionẽ acceptabis sacrificium. nõ quidẽ imperfecte iustitie/scz penitẽtie que nũc est contriti et humiliati cordis: sed pfecte iustitie in gloria cõsũmate scz sacrificiũ laudis que tunc erit cordis non quidem lugentis et gementis: sed letantis et exultãtis. Tũc acceptabis oblationes et holocausta. Non carnales sed spirituales. id est spiritus ⁊ animas sanctoꝝ tecum in gloria assumptoꝝ. qui erunt holocausta diuino igne/ hoc est caritatis feruore succensa. Tunc imponent super altare tuum vitulos. tunc imponẽt angeli sctõs vel ipsimet sancti et spiritus beati offerent tibi seipsos super altare tuũ scilicet christum in quo tanq̃ principali fundamẽto superedificatur omne sanctoꝝ meritum. Cui redditur eternum premium et in cuius passionis virtute superimponitur omne sacrificium tibi acceptabile. Super hoc alta

re imponẽt et offerent vitulos nõ boues antiquos ſub iu go peccati mugientes:ſedvitulos nouellos ſcilicet nouos ſanctoꝝ populos ſub innocẽtia noue etatis ab omi vetu ſtatis ſeruitute liberos ſũmaq; libertate gaudentes. Tu ergo dñe.Tu da mihi ab hac ſpirituali ſyon. ab hac eti am militante/in qua tanq̃ in via pegrinamur ad illã cele ſtem ihrlm̃/ad illã eccleſiã triumphantẽ:ad quã tanq̃ ad patriam perducimur cũ ſanctis tuis finaliter perucnire. Da inter muros ciuitatis hui⁹ firmiter pmanere. Da mi chi inter ciues eius feliciter tevidere.vidẽdo amare.amã do gaudere: Et ita meipm acceptũ tibi ſacrificiũ et holo cauſtum offerre.

Deuota meditatio ſup.v.p̃s.penitẽtiali.

d ñe ieſu xp̃e qui es verus rex glorie rectorq; ſctẽ illius ihrlm̃ ciuitatis ſuperne cum ea que de te et gloriosa tua ciuitate dicta ſunt audio:numirum ad eã tecum peruenire deſidero. Ideoq; poſtq̃ multa in prece-dentibus pſalmis diſſerui de timore pene.de dolore cul-pe.de ſpe veme.de amore ſpiritualis mundicie:Reſtat vt aliquid dicturus ſim de deſiderio tue glorie ciuitatis ie-ruſalem.id eſt celeſtis patrie .Non eni habemus(vt ait a poſtolus)ciuitatem manentem: ſed illam futuram inqui remus/et ad eam ingredi feſtinare debem⁹. hanc itaq; de ſiderans ad eamq; feſtinans ſuſpirando clamare/et cla-mando ſuſpirare cõpellor:dicens.

d Omine exaudi orationẽ meam: et clamor me⁹ ad te veniat.Congruit mihi dñe huius pſalmi titulus Intitulatur namq; oratio pauperis cum anxiaretur et in conſpectu dñi effuderit precem ſuam.Ego namq; pauper et inops in via p̃tis miſerie:vt fiã diues in pria celeſtis glorie.feruẽti eſtuãtiq; deſiderio anxior.Et ꝓpẽea anxi⁹ oro et precẽ meã in ꝓſpectu tuo humiliter effundo. Ideo

exaudi domine orationē meā ⁊ clamorē meū. Jam enī p
pter animi magnā anxietatē oratio creuit in clamorem.
Orans enim clamo. Heu me quia incolatus meus ꝓlon
gatus est. heu me. quia nimis afflictus sum in via/et ni-
mis elongatus a patria . Et ideo on auertas faciem
tuā a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem
tuā. Et insuper. n quacunq; die inuocauero te: veloci
ter exaudi me. Quia domine corā te oro. quia ad te cla
mo: ideo da michi faciē tuam. da michi aurem tuā. da fa
ciem non iratam: sed placatā ꝑ clementiā. da aurem nō
contra me indignatā: sed ad me inclinatā ꝑ misericordiā
Dabis vtiq; domine/et oīo libenter ac liberaliter dabis:
nisi obstet michi nubes peccatoꝝ: que obsistit orationi-
bus iniquoꝝ. Unde ꝑ ysaiam dicitur. Opposuisti nubem
ne transeat oratio. Tu ergo rumpe nubē. effunde cōtra
eam vultus tui lumen. et ita non auertas faciem tuam/
nec declines aurem tuā a me/vel orationibus et clamo-
ribus meis: sed a peccatis et iniquitatibus meis. Et ꝙa
vehemēter clamo et inuoco te. Ideo velociter exaudi me
Quia nō iam terrena quasi terrenus: sed celestia quasi ce
lestis desidero. Cui desiderio promittis/ adhuc te loquē
te dicam: Ecce assum. Nec imerito tam instanter peto
velociter exaudiri. Quia defecerunt sicut fumus dies
mei. Quia sicut fum⁹ vento cito dispergitur: ita dies vite
mee velociter deficiunt/et velut vmbra fugiunt. Et ossa
mea sicut cremiū aruerunt. Nō solum vires corporis de
ficiunt: sed etiā vires aīe que dicuntur ossa mea. quia in
eis p̄incipaliter ꝓsistit interior fortitudo mea/sicut cre-
miū arescentes ꝓtracte sunt. vel sicut in frixorio confri-
xe sunt. Fortitudo quippe ami a recordatione peccati/et
timore iudicii: quasi frixa ꝓtrahit. Jam enī frigit hō: dū
se timet arsurū in inferno. Ecce ergo dñe. ecce pauptatē
meā ꝑ q̄ anxior. ecce tribulationē quā patior. ecce q̄liter

ercussus sum vt fenū.quia omis caro fenū/et sicut fe
num viret:sed percussum facile sentit iniuriā.Sic caro iu
uentute virens:senectute vel infirmitate percussa et mor
te succisa:arescens deficit.Nec solū percussus sum in car
ne/sed in corde:et azuit cor meū sterilitate peccati. Sed
vnde hoc michi? Quia oblitus sum comedere panē meū.
id est custodire dei preceptū quod est spirituale nutrimē
tum meū.De quo dicit/nō ex solo pane viuit homo:Sz
ex omni verbo quod procedit ex ore dei.Heu me miserū
quia hūc panē verū qui ex celo et ex ore tuo descēdit co
medere oblitus sum.Quare oblitus? quia nimis ad ter-
rena intentus neglexi celestia. Et ideo. uoce gemitus
mei adhesit os meū carni me . Quia enī celestiū oblitus
et terrenor memor/non pro spiritualibus sed pro tēpo-
ralibus gemebā.Et ea nimiū desiderans non solū corde
gemebā sedvoce:propterea a voce gemitus mei et deside
rii inordinati. Adhesit os meū carni mee.id est vox ge-
mitus oris mei adhesit carnali mee affectioni.vel os pri
cipale inter ossa mea.i.principalis fortitudoviriū anime
mee adhesit carni mee/hoc est ratio sensualitati ꝓsensit.

Jam vero de me aliter(te propiciante)fieri cupio. Jā
non pro terrenis:sed ꝓ eternis gemere cōcupisco/vt di
cere valeam cū propheta:Renuit ꝓsolari aīa mea.In ter
renis memor fui dei/et delectatus sum in eternis.Utinā
ergo non oblitus: sed memor tui. Utinā nō oblitus:sed
memor eternor bonor tuor:cum eodē Propheta dicā.
Annos eternos in mente habui. Sed quomodo possunt
hec fieri? fient vtiq; te iuuāte:si propter tui/tuorūq; eter
norū bonor contemplationē huius seculi/secullariūq; et
secullariter viuentiū hominū cōuersationē fugiam:vt eli
gam abiectus esse in domo dei mei:magis q̄ habitare in
tabernaculis peccator:vt similis fiam cū sancto tuo da
uid;qui ait. Similis factus sum pellicano solitudinis:fa

ctus sum sicut niticorax in domicilio. Et itez igilaui ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto. O magnū bze uibus in verbis misteriū. Tres aues et tzia hic loca distiguūtur. Tres aues pellicanus. niticorax. et passer. Tria loca solitudo. domiciliū. et tectū. Et dicitur pellican⁹ in solitudine. niticorax in domicilio. et passer in tecto. Pellicano enī aui soliuage et que in solitudine habitat comparantur heremicole. Niticoraci vero que habitat in domicilio assimulantur illi qui a publico loco remoti: non in heremo vagi/ sed vno in loco vniti viuunt dicentes. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum est habitare fratres invnum. Passer autem solitarius et vnicus in tecto: ille est qui hominū societate non egens/ sed soli deo vnitus: viuens et ad alta virtutū tecta fugiens vbi a laqueis vicioz tutus est. Dicit. Unam pecii a dño hanc requiram: vt ihabitem in domo dñi. Nec solum in domo/ sed ī altiozi domus loco scilicet in tecto/ imo in ipso dño deo. Ipse est ergo qui habitat in adiutozio altissimi/ et in protectiõe dei celi cõmorabit. Ipse est qui non solum pro se sed pro aliis vigilat. et pro omibus vigilans orat: vt a mundi carnis et diaboli laqueis adiuuante protegenteq̄ deo liberentur. O vtinam hiis auibus similis fiam. et vt tecum sim a seculi sollicitudine fugiens: in solitudine maneam. ne in tabernaculis peccatoz manens cum peruersis peruersus efficiar. Nam. ota die exprobzauerunt mihi inimici. Peruersi enī qui sunt inimici mei. et ideo inimici. quia peruersi continue exprobzant michi fame mee detrahendo. Et qui laudabant me/ non corde: sed oze michi ficte publice adulando. Aduersum me iurabant/ false et proditorie cõspirando. Sed quare hoc. uia cinerem tanq̄ panē manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. Per cinerem/ et fletum significatur status penitentiū: quibus

ꝓuersi sepe irrident: cum eos ante laudarent. dum cum eis seculo fruerentur/et peruerse viuerēt. Cinerē autem tanq̄ panem manducare/nil aliud est q̄ peccatorum reliquias penitendo consumere. Potum vero fletu miscere: est temporalē iocunditatē cum lachrymis spiritualis penitentie iungere. vel potus iste intelligi potest desiderium celestis patrie. qui cum fletu miscetur: dum penitēs pro illius dilatione non sine lachrymarū effusione tristatur.

Sed vnde michi est fletus iste? Certe facie ire indignationis tue/ id est ab instātia vindicte tue in Adam inchoate. Cum qua non ego solus: sed omēs qui naturam trahimus de ꝓpagine iniquitatis/ et de massa peccati nati sumus. Propter quod dicit nos apostolus / natura filios ire. Ex huius ergo ire indignatione procedit. Quia eleuans allisisti me. Tu qui me altius eleuasti/ creando ad imaginē tuam: in quo me omia animalia superare feisti. Tu me grauius allisisti: ꝓmittendo cadere in grauē actualis peccati culpam/ que trahit ad grauissimā ignis eterni miseriā. quam solus homo/ et nullū aliud animal timet. quia solus ipse super omnia eleuat⁹ animalia: beate vite eterneq̄ glorie particeps est. Deu michi domine q̄ allisisti me. Quia ices mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenū arui. Deu mihi. quia dies vite mee sicut vmbra obscuri et vani: quasi inutiles transeunt/ et declinando deficiunt. Et merito (quia a te vero die declinaui) similes michi facti sunt declinantes dies mei. Et ego sicut fenum arui. sterilitate culpe/ propter defectum roris gratie. Sed quia allisus cecidi. iam de te confisus: per te cupio subleuari. Jam terrenus ego et temporalis/ ac tēporaliter declinando ꝓtransiens/ ad te ꝓfugio qui eternus es et īmutabilis/ ac imutabiliter durando ꝓmanens. Quia ergo. u autem dñe ineternū ꝓmanes. Ideo tu eternus: me tempalē et velut vmbra transeuntē

ad tuam eternitatē eleuādo ſolues et libereſ. Et memo-
riale tuū in generatione/et generationē. Quia memoria
tua qua noſtri memor es in mīa tua eſt omni tp̄e p̄man
ſura. nec vnq̄ deficiet illa promiſſio tua. Cum iratus fue
ris minime recordaberis. Et ideo u exurgens miſere
beris ſyon. Syon enī ſpeculatio interp̄tatur: p̄ quā mili
tans eccleſia vel fidelis aīa intelligitur: que nūc dcū per
ſpeculū et in enigmate ſpecularī nititur. Ad hanc ergo te
querentē/et ad te p̄ſurgere cupientē tu exurgens 7 quaſi
ei clementer occurens: miſereberis eius. te ſibi miſericor
dē. adiutorē/ et ſubleuatorē exhibens. Miſereberis inq̄
Quia tēpus miſerendi eius: quia venit tēpus. De quo di
cit aplūs. Cūvenit plenitudo tēporis. Et itez. Ecce nūc
tēpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Et vere mi
ſereberis ſyon. īn placuerūt ſeruis tuis lapides eius.
Lapides ſyon ſunt fideles militantiſ eccleſie/firmi et ſta
biles in chriſtiana fide: et nihilominus ſpe ſolidi et per-
ſiſtētes in caritate. Di nimirū placuerūt ſeruis tuis/hoc
eſt ſanctis eccleſie triūphantiſ/qui tibi in tua ciuitate ce
leſti ieruſalē ſūma cū libertate ſeruiūt. Quia illa que ſur
ſū eſt ieruſalē mater noſtra/hoc eſt triunphans eccleſia
mater militātis eccleſie (apoſtolo teſte) oīo libera eſt. q̄a
ibi deo ſeruire/regnare ē. Di ergo ſancti tibi ī regno tuo
ſeruientes/et ideo liberi tecū regnantes. Terre eius mi-
ſerebuntur. Et merito miſerebūtur terre ſyon. i. terrene
miſerie militantis eccleſie. Nec ſolū ei miſericordes erūt
ſed etiā vt tu miſereariſ orabunt. Cur ita? Quia eandē
miſeriā aliquando paſſi et experti ſunt. Sed quid inde
ſequitur? T timebunt gentes/ que prius timere ne-
ſcierūt. nomen tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. q:
videbunt maiorē eſſe glorie tue: q̄ ſuperbie ſue potentiā
Et hoc ideo. uia edificauit dñs ſyon/ Et eccleſiā ſuā
edificando magnificauit. Et ipſa que prius cozā gētibus

et regibus visa fuit in ꝓtumelia: videbitur in glia sua. Et que prius ab eis supbis ꝓtumelioſe pſequebatur: postea ab eis humilib⁹ glorioſe honorabit, hec que olim futura esse p̄dixerat ꝓpheta: quotidie implerividet ecclesia. Sed quare hec oia? uia respexit in oratione humiliū. ſ. christi fideliū, qui in eius fide humiliter orabāt/ vt hec sue ecclesie feliciter euenirēt. Et ideo. Non spreuit p̄cem eoꝝ/ quia non singulariter ꝓ se orabant/ sed generaliter ꝓ salute oim fideliū, que vtiqꝫ est oratio perfectorū. Quia vero nō decet vt tot tantaqꝫ bñficia a deo ecclesie collata ab hoīe quasi ingrato sileant. Ideo. cribātur hec in generatione altera. Ut scripture cōmendata firmiter teneantur: non solū in antiqua generatiōe mosayca: sed in generatiōe altera scz noua generatiōe christiana. Et populus qui creabitur/ hoc est populus christianus. quasi noua creatione in christo regeneratus Laudabit dñm. Et merito laudabit. uia ꝓspexit de excelso sctō suo: dñs de celo in terrā aspexit. Sed ad quid de excelso celo ꝓ spexit et in imo terre aspexit? Certe. t audiret gemitus cōpeditoꝝ. hoc est vt audiret gemitus huiliū ꝛpenitentiū timore dei et disciplina ei⁹/ quasi quibus dā cōpedibus ligatoꝝ. de quibus cōpedibus sapiētia dicit. Audi fili ꝛne abiicias ꝓsiliū meū. et infer pedē tuū in cōpedes illius. et erunt tibi cōpedes eius in ꝓtectionē fortitudinis. Et vt solueret a nobis et vinculis pctōꝝ. filios interemptoꝝ. ſ. fideles christianos spūales filios apostoloꝝ et martyrū. crudeli interēptione a gentib⁹ et regibus mortificatorū. vt hiis vinculis solutis: fideliū ecclesia dicere posset. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Ad hoc ergo de celo ꝓspexit/ et in terrā aspexit. vt huilium christianoꝝ gemitus audiret et vicula solueret. sed ad ad

t anuūciēt in syon. hoc est in eccliā militāte nomē dñi et fidē christi/ a quo nominant christiani. Et laudē ei⁹ in

ierusalē.i. laudanda et glorificanda opera eius que sunt in celesti ierusalē.s.ecclesia triūphāte.de qua dicit.Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et hec ita annūciēt vt ānunciādo ꝓficiāt.In quo? n ꝓueniēdo populos in vnū:et reges vt seruiāt dño:hoc est vt populos diuersarū gentiū et reges diuersoꝝ populoꝝ ꝓuenire faciant in vnitatē fidei xp̄i/et meoꝝfideliū.nō vt seruiāt mūdo/carni vel diabolo:sedvt seruiāt dño deo suo.de quo dicitur D̄m deū tuū adorabis/7 illi soli seruies. Sed quid sequitur. espondit ei in via virtutis sue.Quis est qui respondit ei?Quis hic respondēdo loquit̄ dño?Quis in superioribus verbis exprimit̄:cui ꝓgruat rñsio?Supra eni cōmemorant̄ cōpediti et interēpti reges/et populi syon 7 irlm̄.Qō aūt singulariter dr̄/rndit ei: nō ad eos videtur posse referri qui pluraliter noiant̄.Sed sciendū est ꝙ hic rndit vnitas ꝓ pluribus.i.tota ecclia q̄ in xp̄o vna est ꝓ cūctis fidelibus/ipa q̄vnū corpus est ꝓ oīous mēbris eiꝰ Rndit inꝙ dño gratias ei agēdo:ꝙ eā ꝓspicere.eā audire.eā a vinculis soluere.eā ad sui laudē nois exercitare: eam deniq; ex variis populis advnius dei seruitiū ꝓgregare.Rndit ergo ei nō voce:sed corde.nō lingua:sedvita non in via infirmitatis sue/sed virtutis sue.s.in fidei xp̄i firmitate.q̄ fides via est ad patriā/et est virtus huius vie que in patria nō manebit:sed eius obscuritatē euacuabit claritas glie.Rndit ergo ecclesia dño.Et q̄d dixit?Paucitatē(inquit)dierū meoꝝnūcia michi.Rndendo ergo orat quasi dicat:O deus meus nuncia michi paucitatē et breuitatem dierū meorū.hoc est quia dixisti ꝙ ecclesia manebit/et tu cum ea eris vsq; ad consūmationē seculi.Fac me cognoscere/et diligenter attendere q̄ breue et exiguū est hoc tempus durationis mee in comparatione eternitatis tue.Oro ergo ut adueniat regnū tuum.Cupio huiꝰ seculi finem:vt citoveniam ad regni tui beatitudinem.de

sidero dierum meorum breuitatem:vt cito transeam ad dierum tuorum eternitatem. Et ideo. e reuoces me in dimidio dierum meorũ. Hoc est ne sinas me reuocari a desiderio eternorũ: vt bream cure temporalium.in di dimidio dierũ meorum/ scilicet dierum presentiũ:qui me dii sunt preteritorũ et futurorũ.qui oino dimidu sunt/et imperfecti:nisi addantur eterni. Et merito peto non reuocari ad terrena: qui tendo ad eterna.que ideo sunt auidius appetenda.Quia in generatione et generationem anni tui.id est sine fine/ sine principio duraturi. Nõ sunt ergo anni tui sicut dies mei.Quia anni tui eterni:et dies mei exigui.Anni tui non transiũt sicut dies mei. sed sẽper manent:quia sunt eternitas tua. que nichil aliud est ꝙ substantia tua:nichil habens mutabile/nil preteritum nil futurum' Et quia eternitate precedis omĩa que fecisti.Ideo sequitur. nicio tu domine terram fundasti. In inicio/scilicet temporis. Tu qui es sine tempore/sine inicio/sine fine imutabiliter manẽs in eternitate. Et opera manuũ tuarum sunt celi. Nec tamen falsum est quod alibi dicitur.Uerbo domini celi firmati sunt. Nam quod verbo facis. hoc etiã manu.i.virtute tua oparis. Nõ est enĩ deus distinctus corpeis mẽbris.verbũ aũt dei manus eius est. psi pibunt:tu aũt pmanes.Tu enĩ semp stabilis dãs cũcta moueri: imutabiliter pmanes.i.in tua eternitate pseueranter manes. Sed ipi celi(qui in tpeverbo tuo firmati sunt)nõ sicut tu firmi erũt:sed mbenteverbo tuo pibũt.Unde petrus ait. Terra aũt et celi q̃ nũc sunt eodẽverbo repositi:sunt igni reseruãdi.De celis ergo ére ,pximus.s.de regionib9 aeris pstat ꝙ q̃tũ ad eox qualitatẽ pibunt:sed de supioribus celis celox nõ est certũ.si tñ manserint: nõ in se sed in deo manebũt.qz solo deiverbo pire pñt. Et omẽs.s.tam celi q̃ cetere res mntabiles etiã angeli(sicut vestimentũ)veterascẽt/ hoc est q̃tum in

se est: nisi eos verbo tuo seruares sicut vestis quevetusta te ꝑsumitur deficerēt. Ūñ sequit. t sicut opertoriū mutabis eos et mutabunt. Celos enī qui corporalia 7cū cta mutabilia operiunt vbo tuo mones. et sicut eos mu tas localiter: ita solo verbi tui arbitrio si volueris tota liter mutabunt et in nichilū redigent. Tu autē idem ipse es. Tu qui dixisti ego sum qui sū. Jdē ipe es. Et licet oīa sint ex te et per te/et in te: non tamē sunt quod ipe es. q̄ es mutans: nō mutatus. faciens nō factus. moues: sed im mutabiliter manēs. Et ideo Anni tui nō deficiēt. Sed in generatione 7 generationē erunt et indesinēter manebūt quia anni tui eternitas tua sunt. Dum ergo dñe dū tu am imutabilitatē. dum tuā eternitatē/ et meā creaturaꝝ qꝫ oīm mutabilē varietatē. variamqꝫ vanitatē ꝑsidero: ni mirū ad te venire. et tecū habitare desidero. nec a deside rio meo fraudari aut spe mea frustrari/et habitatiōe tua priuari tristis diffido. Quare? quia letus audio qđ sequi tur. ilii seruoꝝ tuoꝝ habitabūt. Jam eni leta michi cō fidentia oritur. quia filii seruoꝝ. i. sanctoꝝ tuoꝝ tecū ha bitabunt. s. boni christiani de quoꝝ numero esse cupio/ q̄ filii sanctoꝝ sunt. non ꝑ carnalem propagationē: sed per spiritualem participationē. Sicut econtra mali filii sunt spirituū malignoꝝ. sicut scriptū est. vos ex patre diabo lo estis. non ꝑ generationē: sed ꝑ imitationē. vel filii sunt opera bona: sine quibus nullus habitabit in gloria. Qui ergo ibi vult habitare non sit a bonis operibus sterilis; sed permittat fetus bonoꝝ operū: quos sequatur. vt in tret in terrā viuentiū: sicut Joseph anteces̄it patrē suum Jacob in egiptū: dicens ei et fratribus suis. Ego preveni pararevobis escas: ita precedant filii tui. i. opera tua ti bi parare epulas refectionis eterne. Quales filios p̄mise ris: tales sequeris. Et semen eoꝝ. scilicet bonoꝝ christia norū vel meritoriоꝝ operū. de quibus scribitur. Qui se-

minant in lachrimis.ſ.hic in via.cũ exultatiõe metent/in celesti patria. hoc inꝝ ſemen de quo fructus glozie meti tur:in ſeculũ dirigetur/hoc eſt in celũ directum ⁊ erectũ ineternũ: ibi tanꝝ in horreo ſeruabitur. Da ergo mi-chi dñe.da et fac me ita hoc ſemẽ bene opando ſeminare vt inde fructũ glozie poſſim metendo ſuſcipere. da et fac hoc ſemen ita in me per te ſanctificare/et ad te dirigere: vt in te et tua eternitate ſine fine habitando valeã ꝑma-nere.

Meditatio deuota ſup vi.ꝑs.penitẽtiali

d Omine ieſu xꝑe fons et origo totius pietatis/ et gratie. Dum ego ſicut ceruus ad fontes aquaꝝ ad te venire deſidero: tanto amplius impfectum meũ re cognoſcens:de me meaqꝫ ꝓpria virtute diffido. ideo per auxiliũ mie tue refugiũ miſerie mee querẽs: ad te clamã do ꝓfugio dicens.

d E profundis clamaui ad te dñe.Non ſolum de ex teriozibus labiis oris : ſed de ꝓfundis et intimis cordis clamaui ad te.Quid clamaui? Dñe exaudi oratio nem meã. Deinde aliisverbis idẽ repcto. iant aureſ tue.i.auditus clementie tue/ Intendẽtes in vocẽ deprecatiõis mee.Nec fruſtra ſepe et iteꝝatqꝫ iteꝝvariisverbis eandem oratiõis deuotionẽ explico.quia ad exprimendũ affectũ mee mentis nõ ſufficit organũ mee vocis , nec de ſideriũ cordis ſatis ꝑt depromere lingua carnis. Nec imerito ad te clamo de profundis cordis/qui me eſſe sen tio non in vno ſolũ ꝓfundo:ſed in pluribus ꝓfundis flu ctibus/ tam interiozis q̃ exteriois miſerie : q̃diu ſum in via huius miſerabilis vite.Nã qui ſic de ꝓfundis clamat: de ꝓfundis ſurgit.nec ipſe clamoz eũ diu in ꝓfundis eſſe ſinit.qz vox huius clamozis oñe ꝓfundũ penetrat/⁊ ad dei aures vſqꝫ ꝓuenit.Ecõtra vero:quidẽ valde in ꝓfun

BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE

do malozũ sunt : qui nec ad te clamant cum se viderint quottidianis peccatis et iniquitatibus obzutos 7 oppzes sos:sed potius illos irrident qui eos ad te clamare monent.hoc est ꝑfundũ malozꝝ.De quo scriptura dicit.Pec catoz cumvenerit in ꝑfundũ contemnit. Absit hoc a me dñe:sed ad te clamo de pzofundis cozdis oimꝫ interiorum viriũ:vt me clementer eripias de ꝑfundis iniquitatum.Quia. i iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? O magnum ꝑfundũ O abissus multa ꝑfunda valde/nimisꝫ piculosa.Ecce enī vndiꝫ circũspectis omi bus nullũ bonũ:sed vndiꝫ malum videns.cateruasꝫ sceleꝝ meoꝝ cernens nimirũ paueſcẽs exclamo. O dñe. Si iniquitates obseruaueris.i.ad vindictam eternã seruaueris. dñe quis sustinebit? te iudicem.Non tantum ego solus non sustinebo:sed nec quis alius.quia nullus est nisi seductus et veritate vacuus:qui se non cognoscat peccatozem.Nam si dixerimus quia peccatũ non habem⁹:nos ipsos seducimus/ et veritas in nobis nõ est. Non ergo pzesumã de mea iustitia:sed de tua mia.Quia apud te ꝓpiciatio est. Si enī iniquitates sic obseruares vt eaꝝ iudex solum esse velles et misericoz esse nolles:vtiꝫ nulla michi esset spes/nulla consolatio.Sed ideo non despero: quia apud te ꝓpiciatio. Et ꝓpter legẽ tua/legẽ amoziz7 gzatie.in qua das reis veniã. sustinui te dñe patiẽter sperans/et sperando expectãs tuã miam. Et hoc dñe quia nosti non solũ tibi ꝓfiteoz sed etiã aliis. vt oĩbus notum sit manifesto dicens. ustinuit aĩa mea in vbo eius Cuius eius? in verbo eius/cuius verbũ non fallit nec fallitur. non in verbo hoĩs (qui mendaꝝ est) sed in verbo dei qui ueraꝝ est.Unde subditur.Spauit aĩa mea in dño.nõ in hoĩe: sed in deo sperauit . qui verbo suo infallibili pcr pctõꝝ veniã regni celoꝝ gloziã repzomisit. Spauit inꝙ.

custodia matutina vsq; ad noctem. Quia in dño spera re debet aia a principio vitevsq; ad mortē. Nam qui vsq; ad mortem perseuerauerit saluus erit. Sic ergo. Speret israhel in dño. Non solū speretvnus solus: sed totus fide lis populus. quia non vni soli sed multis dictū est. Spe- rate in dño omnis congregatio populi. effundite coram il lo corda vestra. Et merito speret israhel. s. omnis ec- clesia et ꝯgregatio fideliū in domino. uia apud domi- nū est misericordia. Non magna solum: sed maxia. Nam copiosa est apud eum redemptio. Sed quōverū est ꝙ co piosa fuerit redemptio tempore Dauid: cum nondū tem pus redemptionis aduenisset: Sane semꝑ copiosa fuit re demptio. Sed vt ipse Dauid ꝓphetice innuit hec fuit apꝺ deum/hoc est apud diuinū secretū semper ꝓuisa/ semper q; ꝓuisa/ac eterna ꝓdestinatione dispositā: sed non semꝑ copiose ac plene apud homines exhibita. quia nō tempo re legis nature aut legis mosaice: sed tēpore legis gratie de quo scriptū est. Quando venit plenitudo tēporis mi- sit deus filiū suū factū sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Nunc ergo dñe. nunc maxie opportunū tē pus est vt deꝓfundis fluctibus miseriarū/ ad te fontē misericordiarū clamando ꝓsurgam. et de me/ meaq; pro pria virtute diffidens: de te et tua gr̄a et pietate sperādo confidam/et ad tuam clementissimā ꝓpiciationē cōfugiā dignū quoq; et iustum est: vt tibi O pissime Christe gra tias agam/apud quem hec copiosa redemptio ideo spe- cialiter esse dicitur. Quia tua i cruce passio/ tuiq; precio- si sanguinis oblatio nō solum pro vnius/aut paucorum hominū salute: sed ꝓ totius mūdi(pluriumq; si forent mundorū)redemptione copiose sufficere perhibetur. Per huius ergo passionis virtutem. per huius sanguinis effu sionem te deprecor: vt a peccatis meis/ et a penis quas

pro his mereor::me redimas/redemptūq; ab eis eripias. et ereptum a malis meis : tecum in bonis tuis habitare concedas.

Deuota meditatio sup vii.ps.penitētiali.

d Omine iesu xpe qui sperantes in te non deseris. clamantes ad te non despicis. te querētes nō fugis.te desiderantes nō respuis: sed de se diffidentes in te consolaris: Tibi huiliter supplico.vt qui michi in pcedēti psalmo pfessus sum diffidentiā virtutis ppie::tua potenti virtute largire digneris sobriā exultationē spiritualis letitie.ad quam impetrandā supirans dico.

d Omine exaudi orationē meā:auribus pcipe obsecrationē meā.Quod sepe dixi itex repeto: vt orationis repetitio sit deuotionis pfirmatio.Nec mé tedet sepe reiterare verba orationis:qui sepius iteraui opa iniq̄tatis.Sed in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Hoc est tu qui verax es/et in veritate tua penitētibus veniam pmisisti:exaudi me penitentē non in mea sed in tua iustitia.s.in mīa tua que penitentes iustificat.Dcto enī iustitiam mīe quam exercers in psenti seculo: non iudiciū illi⁹ iustitie quā facturus es in futuro. Ideo sequitur. t non intres in iudicū cum seruo tuo .Ego enī non sum dignus vocari amicus vel filius tu⁹.sed tamen seruus tu⁹ sum(qui mīa indigeo)ad te fugiturus redeo. Dacem quero.non ergo in futuro intres mecū in districtū iudicium. quia nec ego volo intrare tecum. Intrant in iudicium cū domino:qui iustitiam suam tactantes de ea presumunt . Quibus per prophetam dicit dñs . Quid vultis mecum iudicio contēdere. omēs dereliquistis me.Nō sic ego:sed iustitiam meam coram te nullam esse reputo. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omīs viuens.Quia et si apud se quis suo iustificetur iudicio :tamen omnis homo

in hoc mortali corpore viuẽs nõ iustificabitur in ꝓspectu tuo: quo interiora ⁊ occulta hois vides, in quibus nemo plene iustus aut mundus est tuo iudicio: q̃tunlibet ſctũs hominibus videat. Ideo paulus ait: Nichil mihi ꝓsci us sum: sed nõ in hoc iustificatus sum, vel intelligi potest non iustificabit in ꝓspectu tuo. i. in tui cõparatõe non solum ois homo. Sed nec ois viuẽs, etiam angelus, quia solus deus est: in quẽ peccatũ cadere non potest, in cui⁹ cõ spectũ etiam astra non sunt munda. Non ergo intres mecũ in iudicio rigoroso: sed mecũ pie et misericorditer age. uia ꝓsecutus est inimicus/vel quisq; alius aduersarius, aiam meã: et humiliauit in terra vitã meam. Hoc est q̃tum in se fuit: eam (vt celestia relinqueret/et terrena saperet) inclinauit. Et itez. collocauit me in obscuris. id est i peccatoz tenebris, sicut mortuos seculi. id est sicut ceteros peccatores non spiritualiter viuẽtes: sed seculariter in pctis moriẽtes. Ideo Anxiatus est super me spũs meus: in me turbatũ est cor meum. Sed ecce post q̃ tristia precesserũt: leta sequũt. post q̃ anxiat⁹ fui ⁊ turbatus p multiplicẽ inimici temptationẽ letus factus sum per spiritualẽ dei consolationẽ. Quia memor fui dierum antiquoz. s. diez eternoz. hoc est tue eternitatis diuine cui⁹ memoria maxia causa est spũalis delectatiõis/ et leticie. Unde scriptũ est. Memor fui dei et delectatus sum. Nec solum in dieb⁹ eternis seu inuisibilibus rebus: sed etiã in creaturis tẽporalibus: te eternũ ⁊ inuisibilem deũ contemplatus sum. Nam meditatus sum in cibus operibus tuis: in factis manuũ tuaz meditabar. Quesiui in operibus artificem: in creaturis creatorẽ: in rebus factis te earum mirabilẽ cõditorem. Creatura tua facta est mihi in speculũ: vt in ea te cognoscerẽ deũ meum, quia (vt ait apostolus) Inuisibilia dei ꝑ ea que facta sunt: intellecta conspiciunt sempiterna, quoz virt⁹ ei⁹ et diuinitas. Et ideo,

xpãdi manus meas ad te. quia in opibus tuis cognoui:q; oia bona sunt.et nõ a se:sz a te tueqz bonitatis participatiõe bona existunt. Ideo tibi gratias agens expãdi in oratiõe manus meas ad te tanq̃ ad bonorũ oim largitorem. Et aia mea sicut terra sine aqua tibi. Non solum ad te expandi manus operis mei:sed omẽs vires animi. Et merito qr aĩa mea a te derelicta est tibi sicut terra sine aqua. Ideo debet se ad te expandere.et non sibiipsi:sz tibi adherere.quia non ipsa seipam: sed tu solus eam potes rore gratie irrigare.sicut autẽ terra sine aqua sterilis est:sic aĩa sine gratie tue pluuia fructum ferre non potest Tu ergo. elociter exaudi me dñe/cito dando pluuiam gratie.quia sitiuit in te aĩa. Ideo si aquã dare lõgius differas.Defecit spiritus meus/a te tanq̃ sterilis derelictus Et propter hoc. on auertas faciem tuã a me.spiritũ meũ derelinquẽs.et ab eo aufferẽdo vel ei differendo gr̃e tue donũ.alioquin.Similis ero descendẽtibus in lacum hoc est in profundũ peccatorz. Sed potius. uditã fac michi mane miam tuã.auditã/ scilicet a prophetis et manifestatã in scripturis .fac me interius sentire:quod exterius facis audire.Et hoc mane.i.cito et non tarde. quia in te speraui.et ideo speraui. quia audiui.Prope est dñs omĩbus inuocantibus eũ in veritate. Et vt cito faciaſ mĩam tuam. otam fac michi viam in qua ambulẽ. vt sit lucerna pedibus meis.verbum tuũ ad recte ãbulandũ in via mandatorz tuorz.quia ad te. A quo tanq̃ a pr̃e luminũ descendit oñe bonũ/ et qui illuminas omnẽ hoiem venientem in hunc mundũ.a te inq̃ et non cõtra te. leua ui aĩam meam.Et ideo. ripe me de inimicis meis dñe ad te confugi. Non a te fugi : contempnendo et postponendo lucem tuã.sed ad te confugi querendo et postulando eam. Ideo. Eripe me de inimicis meis/scz a diabolo et ministris suis. qui temptant vt ambulem in tenebris.

Et vt ab eis eripias me. doce me facere voluntatē tuam. quia si non doces me: faciam voluntatē meā non tuam. et sic deseres me deus meus: dum ego te deseram. Ergo doce me. quia deus mes es tu. Ad aliud currerē: si aliū hērem creatorē. sz qz tu solus es deꝰ meus: ideo doce me vt magister meus. Quod vtiqꝫ facies. Quia. piritus tuus bonꝰ deducet me in terrā rectā. Ecce qz supza i me moria eternoꝫ et in ꝓtemplatiōe tua et tuoꝫ operū delectatus sum. Ne magnitudo contēplatiōis extolleret me. Ne superba fieret letitia mea: letis miscui tristia. Sed iā post tristitiā ꝙuertor ad gaudia. Jam enī plene spero: ꝙ spiritus meus malus non ꝓducet me in terrā peruersam infernaliū penaꝫ. Quia spiritus tuus bonus deducet me iu terrā rectam. Jn terrā scz celestiū gaudioꝫ. de qua dr̄ Portio mea in terra viuentiū. Et hoc nō ꝓpter meritū meum. Sed ꝓpter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Non in iustitia mea. Ego eni me occidi per peccatum meū/ sed tu meviuificabis ꝓpter nomen tuū quod est iesus/ et interpretatur saluator. vt rem nois tui imples as. Tu eris michi iesus/ et meviuificādo saluabis. Et sic duces de tribulatione/ huius seculi. aiam meam: et in mia tua. Non in merito meo. Disperdes inimicos meos. Quos etiam inimicos tuos merito dixerim. quia in me seruo tuo te dominū meum q̄tum in se est persequuntur et gloziam nominis tui. Cui et non michi salutem meā attribuo: dicens. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloziā. hanc inq̄ gloziā saluti mee aduersando aufferre conantur. Unde conuenienter subditur. t perdes omnes qui tribulant auimā meam/ scilicet diabolum 7oēs obstinatos. et merito ꝓdes me tribulātes. Qm̄ ego seruus tuus sum. Ad te in mea tribulatiōe recurrēs sicut seruus humilis 7 fidelis vassallus recurrit ad dñm.

Ecce ergo huius psalmi/ aliorũq; psalmorũ penitentialiũ leta ꝓclusio.Ecce spũalis leticie exultatio:quã salutaris pnie ꝓtristatio finaliter operatur:vnde qui ꝑ pniam afligitur tandẽ dicit ꝓsolatões tue letificauerũt aiam meã.

Da ergo mihi dñe hos quos pniales psalmos ecclesia tua noiat.et a penitẽtibus sibi psallẽdos esse ꝓdicat tam digne ac deuote.nõ solũ ore: sed corde penitẽdo psallere vt ꝑ ꝓtristationẽ penitẽtie salutaris:exultationẽ cõsequi valeam leticie spũalis.vt post salutarẽ penitentiã:tandẽ ꝑ spiritualẽ leticiã exultando dicã:Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã. Da michi dñe hoc septenariũ pemtẽtiũ psalmorũ esse remediũ ꝓtra septenariũ mortaliũ peccatorũ/ michiq; esse auxiliũ ad septenariũ virtutum principaliũ.ad septenariũ donorũ spiritualiũ/ ad septenariũ beatitudinũ/ ad septenarium deniq; petitionũ i oratione dñica ꝓtentarũ.Da michi dñe in horũ psalmorũ meditatione:timorẽ pene/ dolorẽ culpe/ spem venie/ amorẽ cordialis mundicie/ desideriũ celestis patrie/ diffidentiam virtutis ꝓprie/ exultationẽ deniq; spiritualis leticie.de hoc enĩ septenario mentaliũ affectuũ ꝓncipaliter agitur in hoc septenario deuotorũ ꝑsalmorũ.bis septem affectibus (quasi septẽ scale pnie gradibus) ad terrã patrie celestis ascendit: quo me finaliter deduci et feliciter ascendere.et tecũ habitare/ ꝑheniterq; regnare.tu misericorditer ꝑstare digneris:qui viuis et regnas in secula seculorum.Amen.

Liber de septẽ gradibus scale/ ꝓtinẽs meditationes deuotas sup septẽ psalmos penitentiales.a Dño Petro de Ayliaco Cameracen.epo finit feliciter.